

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5322

Auteur(s) : Georges Conseil, délégué de l'official de Coutances, Saire (doyen)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1280, 24 août

Lieu d'émission : Bretteville-en-Saire

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

(Vidimus de l'acte de 1280) George dit Conseil, doyen de Saire et délégué de l'official de Coutances, fait savoir que l'acte de vente des dîmes de Bretteville-en-Saire au chapitre de Coutances a été lu publiquement dans l'église Saint-Germain à Bretteville en présence de plusieurs témoins, dont les paroissiens. Il a vidimé le même jour un acte du 22 août 1280 par lequel le chapitre promet de rendre ces dîmes au curé de Bretteville-en-Saire Guillaume le Fèvre quand celui-ci aura remboursé le prix d'acquisition.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 53, p. 165-166.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Georgius dictus Conseil, vices gerens seu commissarius viri venerabilis et discreti officialis Constantiensis, sede vacante, et decanus de Sara, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, lecta publice et exposita in ecclesia Sancti Germani de Bretheville, justa Torlavillam, carta de quadam venditione quam fecerant viris venerabilibus et discretis capitulo Constantiensi Johannes dictus l'Angevin primogenitus, Johannes et Thomas clericus, fratres ejus, et Guillelmus dictus le Fae ac Nicholaa, uxor ejus, de decimis omnibus quas habebant et habere poterant ipsi in parrochia de Bretheville in feodo laicali, sigillataque dicta carta et factis confessionibus ab eis de insuper contentis in carta predicta et juramentis ab eis et eorum uxoribus prestitis de observando contenta in carta predicta et quod contra [ea non] venient ullo modo. Videlicet, anno Domini M° CC° octogesimo, [die dominica post] festum beati Bartholomei apostoli, in presentia nostra et parrochianorum [...] aliorum, fide dignorum, ibidem ad divina officia congregatorum, ex [...] dicti capituli per Rogerum de Tylia, clericum, procuratorem eorum, fuerunt tradite Guillelmo, rectori ecclesie predicte de Breteville, littere quedam publice, [quas] exposuit idem clericus, vero sigillo magno dicti capituli sigillate, quas retinuit idem rector et servavit, quarum litterarum tenor talis est :

« Universis hec visuris, humile capitulum Constantiense, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum nos redimere proponamus de manibus laicorum, juxta tenorem privilegii domini pape nobis concessi, decimas quasdam quas Guillelmus dictus le Fae, Johannes dictus l'Angevin primogenitus, Johannes dictus l'Angevin junior [...] et eorum uxores ac Thomas dictus l'Angevin, frater eorumdem Johannis et Johannis, et alii quidam tenebant et habebant in parrochia de Bretheville juxta Torlavillam in feodo laicali, de assensu et voluntate Guillelmi dicti Fabri presbyteris, rectoris ecclesie [dicti] loci, promittimus et obligamus bona fide quod hujusmodi decimas dicto rectori

seu successoribus suis restituemus quantumcumque ab ipso rectore seu successore suo nobis fuerit de redemptionis pretio satisfactum. Que universitati vestre ac omnibus et singulis quorum interest aut interesse potestate significamus per presentes litteras sigillo nostro sigillatas. Valete. Datum anno Domini M° CC° octagesimo, die jovis post Assumptionem beate Marie Virginis, in capitulo nostro generali ».

Quod autem vidimus et audivimus hoc testamur. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum et actum anno et die dictis primo, dictis presentibus ad hoc parrochianis, ut prefertur, et Guillelmo dicto le Portier presbytero, Henrico de Heug. clero et Guillelmo de Torteroe laico, et pluribus aliis et viro venerabili B[ernardo] le Boutellier, canonico Constantiensi.